

*l. 8. in fin. l. 14. §. 43. in fin. ff. de procurat. vel infantia l. 7. ff. dict. titul. vel iusta absentia, l. 9. l. 29. ff. eodem.*

**Alienando etiam.** *k* Ratio, quoniam alienando feudum, dominum videtur contemnere, *feud. 2. tit. 24. §. 2.* & ejusque conditionem reddere deteriore, *feud. 2. titul. 55.* Olim de alienatione feudi multæ & diversæ dabantur sententiæ *feud. 2. titul. 9. §. 1.* Nam juxta consuetudinem Mediolanensium poterat totum alienari, *feud. 1. tit. 13.* hanc Gerhardus irrationabilem appellat, *ibidem.* Obertus, pravam, *feud. 2. tit. 9.* Alii censuerunt per libellum vel pignoris dationem posse pro parte transferri, *dict. tit. 13.* idque in privatum, non in ecclesiam. Vasallo sine hæredibus mortuo, ad dominum potest redire. Ecclesia nunquam moritur. Ecclesia cultrix & auctrix justitiæ, non patitur contra justitiam aliquid fieri, in se vel in alium. Privatus sæpe obviat justitiæ, *dict. tit. 13.* Hanc consuetudinem Gerhardus *d. loco* justum usum appellat. Obertus bonum, *d. titul. 9. §. fin.* poterat enim dominus jure *αεγλημῆστος* uti intra annū, si sciebat alienationem esse factam, si ignorabat intra 30. annos, refuso interim æquali pretio, *feud. 2. dict. titulo 9.* Eandem abrogavit Lotharius *dict. titul. 13.* & novam edidit, *d. tit. 9.* qua constituit nullam partem feudi sine domini consensu alienari posse, *feud. 2. tit. 52.*

Arque